ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 184r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



hh exponere differentias; exigimur enim explanationem horum.

uore; Primo omnium in his requirendum puto sub quo legis
titulo huiusmodi statuta censentur; non enim ut simpliciorib;
uidetur cuncta quae statuuntur lex dicitur. sed quaedam qui
dem lex. quaedam testimonia. alia mandata et iusti
tiae. quaedam iudicia appellantur; Quod euidentius
in unum collectum. octauus decimus edoc et psalmus cum
dicit; lex dni inreprehensibilis conuertens animas.
testimonium dni fidele. sapientiam praestans paruulis.
praeceptum dni lucidum inluminans oculos. Timor dni
castus permanens in saeculum saeculi. iudicia dni iustificata
in semetipsa. Cum ergo istae diuersitates eorum quae
in lege gesta sunt habeantur. nunc sermo qui habetur
in manibus sub titulo iustitiarum uel iustificationum
scriptus est; sic enim dicit superius. et haec iustitiae
quas proponis palam eis; Non est autem praesentis
temporis unius cuiusque horum hh quae lecta sunt. sci
endum sane. est. quod pars aliqua ex his de quibus dis
serendum nobis est. X Audistis quia dictum est ocu
lum pro oculo. dentem pro dente. Ego autem dico uobis
non resistere malo. sed si quis te percusserit in dextram
maxillam conuerte ei et aliam; Sed fortassis qui
scripturas attentius legit dicat ea quae de euangelio
scripta memorauimus non de hoc exodi ad sumpta
loco. sed magis deuteronomio. ubi nihil ominus

X In euangelium secundum matheum posita est dicente dno hoc modo;